

Sirach liber, et alius pseudepigraphus, qui *Sapientia Salomonis* inscribitur. Quorum priorem, Hebraicum reperi, non Ecclesiasticum; ut apud Latinos, sed Parabolam praenotatam; cui juncti erant Ecclesiastes et Canticum canticorum, ut similitudinem Salomonis, non solum librorum numero, sed etiam materiarum genere coxquaret. Secundus apud Hebraeos nusquam est; quin et ipse stylus Graecam eloquentiam redolet; et nonnulli scriptorum veterum hunc esse Judaei Philonis affirmant. Sicut ergo Judith, et Tobiae, et Machabeorum libros legit quidem Ecclesia, sed eos inter canonicas Scripturas non recipit, sic et haec duo volumina legat ad edificationem plebis, non ad auctoritatem ecclesiasticorum dogmatum confirmandam. Si cui sanè septuaginta Interpretum magis editio placet, habet eam à nobis olim emendatam. Neque enim nova sic codicibus, ut vetera destruas. Et tamen cum diligentissimè legerit, sciat magis nostra scripta intelligi, quae non in tertium vas transfusa coacerent, sed statim de prelo praxissima commendata teste, suum saporem servaverint.

SANCTI ISIDORI PELUSIOTÆ,

Lib. iv, Epistola xl,

Desumpta ex operibus Bossuetii (1),

De tribus Salomonis libris.

Quoniam ordinem trium Salomonis librorum dicere cupis, scito unum illorum docere virtutem moralem; alterum ostendere quàm sit vanus labor co-

(1) Nous n'avons pu découvrir de quelle édition Bossuet s'est servi, ou s'il a traduit lui-même cette lettre sur le texte grec de saint Isidore. La traduction qui se trouve dans l'édition grecque et latine de Morel 1658, est différente de celle-ci pour les expressions. (Éditeurs.)

rum qui rebus hujus vitæ nimis attendunt; tertium denique, amorem quo erga res divinas prædita sit illa anima, quæ superiora jam didicit. Atque hæc ratio est ordinis: quare illud quidem primo loco, istud autem secundo, hoc denique tertio collocatum sit opus. Qui autem in ethicis probè se gessit, dum Proverborum scriptoris discipulus fuit, de eo metuendum non est, ne ad Canticum canticorum delatus, in carnalem et vulgarem amorem incidat; quin potius futurum est ut ad purum ac divinum illum Sponsum, quasi quibusdam alis, offeratur, qui beatos pronuntiat eos qui tali sunt amore vulnerati. Moneo itaque adolescentem, ne prius tertium attingat opus, quàm in prioribus duobus præclare se gesserit. Absurdum enim, vel potius nimis temerarium et audax est negotium, et à mysticis legibus abhorrens, ut in adyta insiliat, seseque penetret, qui ne vestibulis quidem sint adhuc digni. Quemadmodum enim in templo, quæ verò intus erant sacra, quæ velo comprehendebantur oblecta, quamvis alioquin adiri poterant, tamen à vulgo non consecrato et profano adiri non poterant; quæ denique intima erant Sancta sanctorum, et sacratissima sacra, ad ea nec illis quidem patebat aditus, qui vitam agerent inculpatam; sed soli fas erat ingredi summo sacerdoti, qui nimirum seipsum consecravit, et omnem mortalem rugam deposuerat; sic etiam erga hosce Salomonis libros affecti esse debent adolescentem: et primum quidem omnium splendere morum virtute; deinde verò rerum ad hanc vitam peritientiam nullitatem atque inanitatem condemnare; et sic demum ea attingere quæ vulgus hominum assequi negit. Nam qui extra septa esse debeant, si temerario ausu, in sacra divina, non initiati, irrucere præsumperint, poenas dabunt extremas.

IN PROVERBIA COMMENTARIUM.

CAPUT PRIMUM.

1. Parabola Salomonis, filii David, regis Israel.
2. Ad sciendam sapientiam et disciplinam:
3. Ad intelligenda verba prudentiæ, et suscipiendam eruditionem doctrinæ, justitiæ, et judicium, et æquitate:
4. Ut docti parvulis astutia, adolescenti scientia et intellectus.
5. Audiens sapiens, sapientior erit; et intelligens gubernacula possidebit.
6. Animadvertet parabolam et interpretationem, verba sapientum, et ænigmata eorum.

CHAPITRE PREMIER.

1. Les paraboles de Salomon, fils de David, roi d'Israel,
2. Pour connaître la sagesse et la discipline;
3. Pour comprendre les paroles de la prudence, et pour recevoir les instructions de la doctrine, la justice, le jugement et l'équité;
4. Pour donner de la finesse aux simples, de la science et de l'intelligence aux jeunes hommes.
5. Le sage les écouter, et il en deviendra plus sage; et celui qui aura de l'intelligence y acquerra l'art de gouverner.
6. Il pénétrera les paraboles et leurs sens mystérieux, les paroles des sages et leurs énigmes.

7. Timor Domini, principium sapientiæ; sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt.
8. Audi, fili mi, disciplinam patris tui, et ne dimittas legem matris tuæ:
9. Ut addatur gratia capiti tuo, et torques collo tuo.
10. Fili mi, si te lactaverint peccatores, ne acquiescas eis.
11. Si dixerint: Veni nobiscum, insidietur sanguini; abscondamus tendiculas contra insontem frustra:
12. Deglutiamus cum sicut infernus viventem, et integrum quasi descendentem in lacum:
13. Omnem pretiosam substantiam reperiemus; implebimus domos nostras spoliis.
14. Sortem mitte nobiscum: marsupium unum sit omnium nostrum.
15. Fili mi, ne ambules cum eis; prohibe pedem tuum à semitis eorum;
16. Pedes enim illorum ad malum currunt, et festinant ut effundant sanguinem.
17. Frustra autem jacitur rete ante oculos pennatorum.
18. Ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur, et moluntur fraudes contra animas suas.
19. Sic senite omnis avari, animas possidentium rapiunt.
20. Sapientia foris prædicat; in plateis dat vocem suam;
21. In capite turbarum clamat; in foribus portarum urbis profert verba sua, dicens:
22. Usquequò, parvuli, diligitis infantiam, et stulti ea que sibi sunt noxia, cupient, et imprudens odibunt scientiam?
23. Convertimini ad correptionem meam: en proferam vobis spiritum meum, et ostendam vobis verba mea.
24. Quia vocavi, et renuistis; extendi manum meam, et non fuit qui aspiceret;
25. Despexistis omne consilium meum, et increpationes meas neglexistis:
26. Ego quoque in interitu vestro ridelo; et subannabo, cum vobis id quod timebatis, advenit:
27. Cum irruerit repentina calamitas, et interitus quasi tempestas ingruerit: quando venerit super vos tribulatio et angustia.
28. Tunc invocabunt me, et non exaudiam; manè surgent, et non invenient me;
29. Eò quòd exosam habuerint disciplinam, et timorem Domini non susceperint;
30. Nec acceperint consilio meo, et detraxerint universæ correptioni meæ.
31. Comedent igitur fructus viæ suæ, suisque consiliis saturabuntur.
32. Aversio parvulorum interficiet eos, et prosperitas stultorum perdet illos.
33. Qui autem me audierit, absque terrore requiescet, et abundantia perfructur, timore malorum sublato.

7. La crainte du Seigneur est le principe de la sagesse; les insensés méprisent la sagesse et la doctrine.
8. Écoutez, mon fils, les instructions de votre père, et n'abandonnez point la loi de votre mère;
9. Et elles seront un ornement à votre tête, et de riches colliers à votre cou.
10. Mon fils, si les pécheurs vous attirent par leurs caresses, ne vous laissez point aller à eux.
11. S'ils disent: Venez avec nous, dressons des embûches pour répandre le sang; tendons en secret des pièges à l'innocent qui ne nous a fait aucun mal;
12. Dévorons-le tout vivant, comme l'enfer; et tout entier comme celui qui descend dans la fosse;
13. Nous trouverons toutes sortes de choses précieuses; nous remplirons nos maisons de dépouilles;
14. Entrez en société avec nous; n'ayons tous qu'une seule bourse.
15. Mon fils, n'allez point avec eux; gardez-vous bien de marcher dans leurs sentiers;
16. Car leurs pieds courent au mal, et ils se hâtent de répandre le sang.
17. Mais c'est en vain qu'on jette le filet devant les yeux de ceux qui ont des ailes.
18. Ils dressent eux-mêmes des embûches à leur propre sang; ils tendent des pièges pour perdre leurs propres âmes.
19. Telles sont les voies de tous les avares; elles surprennent les âmes de ceux qui sont engagés dans cette passion.
20. La sagesse enseigne au dehors; elle fait entendre sa voix dans les places publiques;
21. Elle crie à la tête des assemblées du peuple; elle fait retentir ses paroles aux portes de la ville, et elle dit:
22. O enfants, jusques à quand aimerez-vous l'enfance? Jusques à quand les insensés désireront-ils ce qui leur est pernicieux, et les imprudens haïront-ils la science?
23. Convertissez-vous par les remontrances que je vous fais; je vais vous manifester mon esprit, et je vous ferai entendre mes paroles.
24. Parce que je vous ai appelés, et que vous n'avez point voulu m'écouter; que j'ai tenu ma main, et qu'il ne s'est trouvé personne qui m'ait regardé;
25. Que vous avez méprisé tous mes conseils, et que vous avez négligé mes réprimandes;
26. Je rirai aussi à votre mort, et je ne me moquerai de vous, lorsque ce que vous craigniez vous sera arrivé;
27. Lorsque le malheur viendra tout d'un coup, et que la mort fondra sur vous comme une tempête; lorsque vous vous trouverez surpris par l'adiction, et par les maux les plus pressants.
28. Alors ils m'invoqueront; et je ne les écouterai point; ils se lèveront dès le matin; et ils ne me trouveront point;
29. Parce qu'ils ont hai les instructions, qu'ils n'ont point embrassé la crainte du Seigneur;
30. Qu'ils ne se sont point soumis à mes conseils, et qu'ils n'ont eu que du mépris pour toutes mes remontrances.
31. Ainsi ils mangeront le fruit de leur voie, et seront rassasiés de leurs conseils;
32. L'égarément des enfants les tuera, et la prospérité des insensés les perdra.
33. Mais celui qui m'écoute reposera en assurance; et il jouira d'une abondance de biens, sans craindre aucun mal.

Tres libros composuisse Salomonem citra controversiam asserunt omnes. Rabbiorum sententia Canticum canticorum etiamnum adolescens conscripsit: Proverbia, iam grandis natus ac etate virili; Cobelech, sive Ecclesiastes, consensens. Atqui hujus rei conjecturam faciunt ex variis istorum operum inscriptionibus: nam in Canticò nominis sui duntaxat fecit mentionem; Proverbia, regem Israel adscripsit; in Ecclesiaste denique, rex in Hierusalem vocari voluit. Proverbia Michela vocat Hebraei: quae vox similita potius significat, sive metaphoras, cum unum dicitur, et aliud intelligitur. Id quod duplici de causâ fieri solet: quandoque ut detur cogitandi ratio, et ut melius intelligatur quod dicimus, cum similitudine propositâ docemus aliquid: quandoque ad excitandos auditorum animos parum attemptos, ut cum non satis intelligant quod dicitur, ansam perscrutandi habeant. Atqui hæc de causâ Christus à discipulis rogatus, ut est in Evangelio Lucae, c. 8: *Quare in parabolis loqueris eis?* respondet: *Ut videntes non vident, et audientes non intelligant*, omnes, videlicet; sed hi solum qui studiosè audientes cum Apostolis, latentem investigarent sensum. Non sunt tamen hujus generis omnia Salomonis proverbialia: sed ut inter adagia, à profanis auctoribus usurpata, quedam clara sunt, neque ulla similitudine sensum obambant, cujus generis est illud: *Filius sapiens latum reddat patrem, stultus vero filius est maestas matris suæ*; utenique, nullum fere reperies quod ad institutionem morum et moderationem vite atque prudentiam non pertinet. Quare tradita à Græcis adagi descriptio, his proverbis non minus quadrare deprehenditur quam profanis paremisi, nempe: *Proverbum est sermo ad vite rationem conducibilis, moderatâ quadam obscuritate multum in se continens utilitatem*. Sunt præterea ex his quæ nihil *supra* habere videntur, neque quidpiam sensû secretioris; ubique tamen plus in recessu continent quam primâ facie præ se ferunt. Neque illum vel ex universo proverbiorum numero reperias, quantumvis humile aut obvium esse videatur, quod non exitum sapientie dixit elogium, et sapientissimo Salomone dignum, si modo veram et germanam assecutus fueris intelligentiam.

VERB. 1. — PARABOLÆ SALOMONIS FILII DAVID, REGIS ISRAEL (1). PRIMUS versiculus operis inscriptionem et

(1) SALOMONIS, quæsi diceret: Viri illius sapientissimi, etc., ad quem audiendum regina Sabe venit, etc. Male ergo erit illis qui talem non audiunt, quique, eo relicto, ad Machiaveillum transfugunt, ut sapientiam discant. (Cartwrightius.)

Videntur hic titulus non à collectoribus parabolarum, ut vult Lyræus et alii, sed ab ipso Salomone suo hinc libro præfixis; sequentia enim verba, quæ Salomonis esse constat, nimirum ad sciendum sapientiam, etc., ab hoc titulo pendunt et reguntur; alioqui enim illa verba careret suspensio, æquæ ac sensu. Quis enim ita librum inchoaret: *Ad sciendum scientiam*; nisi præmitteret, vel subderet: *Scripturæ sive libri Salomonis*, vel quid simile? Salomon ergo primus hinc, qui libro hinc suo nomen suum præfixit id enim non fecerunt Moses, Josue, David, et auctores libri Judicum, Regum, Paralipom., etc. Salomonem secutus est, Isaias, qui ita inchoat: *Visio Isaiæ*, cæterique pro-

non solum ad dignitatem auctoris spectat, sed ad con-

thogoras, ait, *enigmatica manifestationem magnificat*. Erat autem et aliud *gymnasyon* tale: *Stateram* ut loquens, id est, *ne aversa sis*. Ne ignem gladio fodiatis, id est, *impudentem et iratum omnium asperis verbis non moveas*. Coronam ne vellices, hoc est, *leges ne offendas*. Nam civitatum coronæ scilicet erant. Ne cor edas, hoc est, *ne conficias teipsum curis*. Ne super choricem vel modium sedes, hoc est, *ne ignaviter vivas*. Non suscipiendas hirundines in domum, hoc est, *loquaces et impotentis linguæ homines non esse faciendo confabulantes*. Quos portantibus imponendum, non autem simul dependendum, hoc est, *cooperare alteri ad laborem et virtutem, non ad ritium et ignaviam*. Deorum imagines in annulis ne feras; hoc est, *contentionem et sermonem de diis ne facile manifestes et divulgales*.

Quinto, his adii possunt apologeti, quibus animalia loquentia vel docentia in scenam vel scholam inducuntur, ut ex inducit *Aesopus*. Talis est c. 6, v. 5: *Vade ad formicam, o piger, et considera vias ejus, et discere sapientiam: quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in estate cibum sibi, et congregat in messe quod comedit*; et c. 30, 15: *Sanguisugæ duæ sunt filie, dicentes: Affert, affert; et v. 18: Tria sunt difficulta mihi, et quartum penitus ignoro; vitæ aquile in celo, vitæ elephanti super petram, vitæ nautæ in medio mari, et vitæ viri in adolescentiâ; et v. 24: Quatuor sunt minima terræ, et ipsa sunt sapientiora sapientibus: formica, populus infirmus, qui præparat in messe cibum sibi; lepiscutus, plebs invalida, qui collocat in petra cavile suam; regem locusta non habet, et egreditur universa per turmas suas; stello maribus nititur, et moratur in arboribus regis; et v. 29, Tria sunt que bene graduntur, et quartum quod necessest felicitate: leo fortissimus bestiarum ad nullus potest occurrere; gallus succinctus lumbos, et aries; nec est rex qui resistat*.

Hæc omnia enim Hebr. vocant *mitæ*, id est, sententias predominantibus, principes et regias, tum quia inter sententias sui id quod rex inter plebeios: sicut enim rex excellit plebeis, sic hæ præcellunt cæteris; tum quia sicut rex regis subditos, itaque dominatur; sic hæ sententiæ dominantur aliis, quæ ex iisdem velut conclusionibus è suis principiis educantur (quomodo Aristot. Analyt. poster. lib. 1, c. 9, principia scientiarum vocat *ἀρχαίαι*, id est, dignitates, quia reliquis digniora sunt, et in cæteras conclusionibus, velut proles ex se genitas, principiantur ac dominantur exercent: simili enim modo hæ gnomo non tantum suis conclusionibus et particulibus gnomois, quæ à vulgo mitæ ex eis educantur, sed et moribus vitæque humanum quasi leges dominantur et imperant); tum denique quia reges, qualis erat Salomon, tales decet; nam, ut ille ait, *principis verba oportet esse pauca, digna, sublimia et planè regis*. Verba de causâ illæ ipse græcè vocantur *ῥησιμαίαι*, quod *ῥησιμαίαι*, id est, *præter verbum commune referantur, ac aliquid singulare et exitum continent*, id est, quæ omni in ore, etiam in visis et trivis celebrantur. Quocirca qui juxta eas mores suos dirigit, vitæque insituit, si vel sapiens et probus, cæteris mortalibus longe supereminet; nam, ut alio Plato in Protagora, *probus vir et philosophus gnomois arcibus inter alios homines, quam rex inclinat inter plebeios*.

Eadem de causâ vocantur parabole, quia facilem, planam et vulgatum loquendi modum superant, ac sæpè aliud parabolice, id est, aliquam similitudinem, comparationem, allusionem, metaphoram, allegoriam, similem figuram continent. Hinc et vocantur proverbialia, quæsa verba procul posita, puta ab antiquitate, vel re arcana, aut è corpore aliquid. Quocirca Brionensis, Chrysostomus proverbialia vocant cæsa verba. Sicut enim senectus hominis, sic et proverbialia afferunt suam auctoritatem et pondus. Aut planius vocantur pro-

mendationem operis, cujus auctor fuit vir sapiens, et

biæ, quasi communia omnium verba, quæ præ fortibus et in ore omnium versantur. Tantum enim fidem et auctoritatem continent, ut uno omnium sapientum ac insipientium ore veli verissima, certissima et prudentissima celebrantur. Vide Orui, c. 5 Factor:

Hæc quoque de causâ, si te proverbialia tangunt, Mensè milas natio moere, vulgus ait.

Et Cicero, de Senectute: *Paras enim cum paribus, veteri proverbio, facillimè congruuntur*. Item, de Amicitia: *Præparatis utitur consiliis et acta animus, quam nequam veteri proverbio*. Est igitur proverbium commune et antiquum aliud dictum omnium voce celebratum.

Denique vocantur adagia, vel præcæ adiones, quasi ad agendum apta, ait Festus. Et Donatus, in Eunuchum: *Et dicta, ait, et proverbialia, et adagiones, quod rem agunt, faciliè hominibus adscribuntur*. Unde Plautus in Amphitruo: *Vetus est aditium: Fames et urea biten in nasum concitans*. Et Ausonius, in Prefat. mono-yll.: *Ut quod per adagionem capimus, proverbio finimus*.

Idem ergo non tantum hæ et sensu, sed et comotato ac tympo sunt omnes hæ voces: Hebraice *mitæ*, Græcè *ῥησιμαίαι* et *παροιμιαί*, Latine *proverbia* et *adagia*.

Porro hæc omnia et singula variè variè definitum, Græci: *Paromia*, inquit, id est, *proverbium*, est sermo ad vite rationem conducibilis, moderatâ quadam obscuritate multum in sese continens utilitatem. Alii: *Proverbium est sermo rem manifestam obscuritate legens*. Etsi enim non omnia sint obscura et figurata, pleræque tamen talia sunt, eaque censentur optima quæ ad transitionis pinguedinem delectant, in sententiæ utilitate prosunt. Alii generaliter: *Paromia est celebre dictum, scilicet quæpiam novitate insigne*. Hinc et scita vocantur, eò quod rem sciti dignam continent, quæ antiquitate, æquæ ac eruditione, gratiæ et elegantia commendatur, quæque è sapientium dicitis sit deproptia. Nostra vero hæc Salomonis insuper sunt oracula, quia ore Spiritus S. ipsi velut regi sapientissimo dictata. Unde amplam, arcanam, sublimem, inmodicam, de moribus et virtutibus, vitæque recte secundum Deum et felicitate insistentem, sapientiam continent; idque cum variarum parabolarum, enigmatum, schematum et figurarum sale, acuminis et ornatu, Siquidem ut non mediocriter est artificii gemulum, puta adamanteum, includere annulo, et aurum puri, urea detexere, ita non est cuiusvis paromiam aptè decenterque advenire, eamque orationi inserere; sed hoc est opus sapientum, quorum parens, fons et origo est Spiritus sanctus. Omnia ergo hæc Proverbia sunt lumina et oracula, non è tripode Apollinis, sed è mente Spiritus sancti deproptia, ideòque ejus sunt axiomata et apophthegmata, ut prouide antiquam ab ore fidei, nugamiam à corde excedere debeant.

Denique sicut nervus pondusque paromia, sive proverbii consistit in certâ ejus fide, veritate et auctoritate; sic ejusdem venustas et gratia elucet in aptâ scitæque unius rei cum aliâ simili, vel dissimili, comparatione: comparatio enim fit nunc per similitis synthesin et comparationem, nunc per dissimilitis antithesin et oppositionem; sive ea realis sit, sive verbalis, sive potius realis et verbalis simul, quales sunt hæ: *Virgo non virgo exivit Dina*. *Ecce cum Anna et Phenicia nuptiæ, hære non nuptiæ*. *Impiorum infelix est felicitas, piotum felix est infelicitas*. *Hosium dona non dant*. *Sanctus dicit: Portans non portio, habens non habens, videns non video, audiens non audio*. *Impiorum non metuendus metus*. *Non bellum bellum*. *Oratus horumatus*. *Ingrata gratia*. *Eliguntur hominibus*. *Impotes sunt opes*. *Hominis est potestatem, id est, subitè sapientia*. *Abducta est virtus, id est, dulciter amarus*. Sic enim, teste Plutarcho, sum affectum vocant amantes ex voluptate et dolore mixtum, ita ut libenter conta-

filii viri sapientis. Ultima versiculi clausula, nempe, *regis Israel*, juxta distinctionem lectionis Hebraicae, non ad Davidem, sed ad Salomonem refertur. Contextus denique hunc habet ordinem: Haec sunt Proverbia, vel haec sunt similitudines, quas dixit vel concepsit Salomon, in eum usum et finem, qui sequentibus versiculis continetur, nempe:

VERS. 2. — AD SCIENDAM SAPIENTIAM ET DISCIPLINAM, AD INTELLIGENDA VERBA PRUDENTIAE (Hebraeum: *Ad intelligenda verba intelligentiae*). Post titulum, in quatuor primis versiculis, operis proponitur utilitas, quae est plane maxima, ut ex his quae dicenda sunt statim apparebit. Per *coenam, sapientiam*, Hebraei speculationem; sive vitam contemplativam, intelligunt. Nos distinctius virtutes quae mentem illustrant et intellectum; cujus modi sunt, fides et spes, et reliquae quae ad Deum dirigunt. Per *musar, disciplinam, castigatorem, eruditionem, sive moram correptionem* intelligi-

Comparatio autem petitur nunc ab animantibus, quibus est illa Luciani: *Iracundiores catellis, timidiores lepores, adulatores simis, libidiniosiores asinis, rapaciores felibus, contentiosiores gallis gallinaceis*; item: *Cervo vincitor; graculo loquax; insania vocifer; viperâ virulentior; vulpe dolosior; echino asperior; anguilla magis lubricus; lepore timidior; limace tardior; delphinio lascivior; phœnice rarior; culture edidior; gfre somnolentior; sus indolior; cello stolidior; damâ peridior; hirundine hucior*. Nunc à personis, ut David fuit Mose mitior, Salomone sapientior, Samsone fortior, Machabeis animosior; item: Alter est hic Nabuchodonosor, novus Goliath, noster hic Judas; Christianorum haec Susanna, Sara, Rebecca. Nunc à rebus inanibus, ut: Castus est niver candidior, melle dulcior, oleo tranquillior, auro purior; acedus est plumbo stupidiôr, stridit tardior, pulvis sicior; beatus est stella lucidior, sole splendidiôr. Tales sunt illic Tertulliani, lib. 1 contra Marcionem cap. 1: *Nihil tam barbarum ac triste apud Postum, quam quod illic Marcion natus est, Scythia terrior, Hamaxobio instabilior, Massageta inhumanior, Anaxomâ audacior, indidit obscurior, heme fragilior, gelu fragilior, Isro fallacior, Cincaco derisior, etc. Quis enim tam castrator carnis excitor, quam qui nuptias obtrahit? Quis tam conesor mus Ponticus, quam qui Evangelium corrosit?*

Juvat Proverborum elegantiam, carmen vel rhythmus, quibus saepe est in hisce Salomonis, praesertim in Hebraeo, ubi multa sunt *epithetae*, id est, similiter caelestia et desinentia.

Allegorice, Christi dogmata et sententiae sunt *nuclei, parabolae et parabola*; tam quia Christus more genitil sare, patris more Syrorum; crebris ut-hatur parabolis et comparationibus, juxta illud: *Sine parabolis non loquebatur eis, ut impletur quod dictum est: Aperiam in parabolis os meum*, Matth. c. 13, v. 35; tum quia sententiae et dogmata Christi plane sublimia et regia sunt. Unde S. Chrysostomus, orat. 10 ex ultimis, tom. 5: *Christus*, inquit, *Evangelicam regni, cum regnum quiddam toti orbi promittente*. Christi enim dogmata cuncta philosophorum placita tantum superant, quantum rex superat populum; tum quia ex Evangelio quae ex principio principate cetera fidei morumque dogmata derivantur; tum quia Evangelium dominatur moribus hominum, easque redigit in captivitatem et obsequium fidei, 2 Corinth. cap. 10, v. 5; tum denique *parabola* significat in hisce sententiis, sub litterali sensu multos latere mysticos et parabolicos, qui sublimis quiddam et spiritualis menti ingerant, spiritumque fidelium pascant et accendant.

(Corn. à Lap.)

mus. Sunt ex Hebraeis, qui satis doctè per haec duo, *sapientiam et disciplinam*, timorem Dei et observationem mandatorum intelligunt. Et est sensus clausula pendens à primo versiculo: *Parabola Salomonis sunt, ut scias sapientiam*, h. e., virtutes quibus intellectus ornatur, quas in sapientia intelligimus; *disciplinam*, h. e., virtutes quibus ornatur voluntas, h. e., quibus effrenatio et brutae voluptates cohibentur, quas in *musar* comprehendit sapiens. Sequitur: *Ad intelligendum verbum prudentiae (imare binat)*, sive sermones intelligentiae: nam ab intelligendo deducitur nomen *binat*. Et Aben Ezra, ex Rabbiniis facile doctissimus, clausulam refert ad distinctionem inter rem et rem, juxta praescriptam legis, *inter bonam et malam, mundum et immundum, ne ponamus*, inquit, *tenebras lucem, neque lucem tenebras*. Alter: *Ad intelligenda verba intelligentiae*, h. e., verba quae praebent intelligentiam, et prudentem efficiunt auditorem, ut de futuris rationem habeat, longèquae cetera vincat animalia, quae intelligentia caret. Porro *ad intelligenda verba intelligentiae*, geminatio intelligentiae ad seipsum et alios referri potest, h. e., non solum in ipse intelligas, sed ut etiam alios docendi facultatem habeas. Denique, *ad intelligenda verba intelligentiae*, h. e., verba quae duplicem habent intelligentiam, alteram extrinsecis et historicam, alteram intrinsecis et secretiore sensu reconditam; quasi diceret: ex his parabolis discas arcanorum eloquiorum intelligentiam.

VERS. 3. — AD SUSCIPIENDAM ERUDITIONEM DOCTRINAE, JUSTITIAM ET JUDICIUM ET AQUITATEM (Hebr.: *Ad suscipiendam eruditionem intellectus*). *Musa* eadem vox Hebraea, quam priori versiculo verit interpres noster *disciplina*, in secundo reddit *eruditionem*, utrumque significat. Aben Ezra subaudiit copulam ad hunc modum: *Ad suscipiendam eruditionem et doctrinam, sive intellectum (ut est in Hebraeo)*, ut quod in genere dictum est prius de sapientia et disciplina, per partes explicari intelligamus; ac si diceret: Non tam hanc vulgarem et profanam eruditionem suscipies ex his proverbis, quam eruditionem intellectus vel morales quales tradunt philosophi, sed eas quae cum intellectu et fide sunt conjunctae. Alter: *Ad suscipiendam eruditionem sive disciplinam*; ut quod prius dictum est: *Ad sciendam sapientiam et disciplinam*, referatur ad seipsum. Ex his proverbis vel discet quisque seipsum castigare, sibi ipsi legem imponere, quae omnium longe juveniissima est disciplina; vel discet alios obtemperare, accepta intellectione hujus operis; vel denique *per intellectum suscipiet disciplinam, justitiam, et judicium, et aequitatem*. *Justitia* in genere comprehendit cultum Dei, et omne opus bonum, inquit Aben Ezra; *judicium*, ut rectè judicet inter virum et virum, et recta in judicio loquatur; et subaudiit ex precedentibus, *ad sciendam justitiam, et judicium, et aequitatem*, sive *rectitudines*. Alter ex hoc libello suscipiet quis intellectum, ut faciat justitiam, judicium et aequitatem. *Judicium* refert Boda ad discretionem boni et mali, ut in genere intelligamus dictum, vel ad ea quae

rectè discretionem cum proximis agimus, inquit:

VERS. 4. — UL DETUR PARVULIS ASTUTIA, ET ADOLESCENTI SCIENTIA ET INTELLECTUS. Hebraea veritas non utitur ista varietate, sed priore loquendi phrasi, nempe, *ad dandum*, ut superius ad sciendam, ad suscipiendam; et subaudiit finis, seu utilitas, operis hujus erit, *ad dandum parvulis*. Vox Hebraea *phuhaim*, à verbo *phathah*, *suasit, attraxit, pellexit*. Et ferè in malam partem accipitur, pro his qui facile persuasionibus ducuntur, h. e., rudiibus et imperitis. Septuaginta, *ὁκνηταὶ ἠκουεῖν*, *puris, innocentiibus, minimè dolosis*, in bonam partem. Hoc loco auditores suos sibi preparat Salomon, dum neminem in his Parabolis neglexisse videatur; imò omnium habuisse rationem, et imprimis eorum qui maximè indigent sapientia: cujusmodi sunt etate moribusque juvenes, et quos ad suam doctrinam moralem inidoneos judicat philosophus. Hos inter primos admittit Salomon Christum adumbrans, qui dicit, Matth. 19: *Sinite parvulos ad me venire, talium est regnum caelorum*. Et sapientiae evangelicae maxime sunt capaces qui parvuli sunt, et de se humiliter sentiunt. Qui sunt *simplices sicut columba*, his necessaria est astutia, h. e., profunda cogitatio, astuta inventio, ingenii exercitatio in rebus judicandis, ut cum simplicitate columbina, serpentis jungatur prudentia, quam in hoc libello accipiet, ut his proverbis instructi, malorum persuasionibus et technis non capiantur; imò ut astutia serpentina (Hebraicè *ערמה*) dolos, insidias et circumventiones animadvertere, prudentèquae cavere possint; q. d.: imperiti et parvuli hoc libello diligenter perlecto, prudentes evadent. Aben Ezra sic: *Haec parabola subministrabit, supple intelligentiam, ut per eas detur astutia imperitis, ut deponant stultam simplicitatem, quae impedit quominus ad sapientiam queant attingere; et adolescenti scientia et intellectus, vel potius scientia et cogitatio*. Indocta est ferè adolescentia, neque novit inter bonum et malum distinguere. Ex his parabolis omnium ferè virtutum et vitiorum scientiam accipiet, et intellectum, sive cognitionem, quae quod honestum est eligat. Non enim scire virtutes laus est, sed sequi. *Scientia*, juxta Hebraeos, distinguit inter veritatem et mendaciam; *cogitatio* vel *constitium*, honestum secretum à turpi; quamvis parvulis et adolescentibus haec parabola sit necessaria, et hos imprimis sibi preparat auditores Sapiens, sunt etiam quamlibet sapientibus ultis, juxta id quod sequitur.

VERS. 5. — AUDIENS SAPIENS SAPIENTIOR ERIT, ET INTELLIGENS GUBERNACULA POSSEDEBIT (1). Hebr.: *Audiet*

(1) Saint Basile fait une attention particulière sur ces mots: *Et intelligens gubernacula possidebit*. Le sage, dit-il, vit dans le monde parmi les tentations et qui l'environnent, comme sur une mer toujours agitée. Il veille sans cesse à la garde de son cœur, comme celui qui tient le gouvernail du vaisseau ne le quitte point. Il observe et il réprime ses passions, parce qu'il les considère comme des vents furieux qui peuvent exciter à tout moment les plus grands orages. Comme le pilote contemple les étoiles, le sage est toujours attentif au ciel et à la loi de Dieu. C'est de là qu'il prend les règles pour se conduire dans sa

sapiens et aadet doctrinam, et intelligens consilia possidebit. In his proverbis hujusmodi doctrina est quae non solum parvulis, sed etiam sapientibus possit esse usui, si modò velint audire, vel potius si velint obtemperare, et opere implere quae docentur. Nam hoc pars philosophiam in actione consistit, in qua discisimus est, qui maximè obtemperat. Sapiens igitur, vel qui omnino est sapiens, vel qui habetur sapiens inter homines, magnam accessionem sapientiae faciet, si Salomone nostrum studiosè audire velit. Alter: *Si audiat sapiens has parabolae, addet doctrinam*; h. e.: Multa discet, et doctior evadet. Alter: *Addet doctrinam*, quia magis erit idoneus ad docendum, et ut aliis addat doctrinam. Ex his tribus, secunda mihi maximè placet expositio. Potest denique intelligi, quasi in genere dictum: *Audiet sapiens*, ut non solum ad auditum proverbiorum hujus libri referatur, sed ad auditum cujusunque sapientiae. Nemo usque adeo sapiens est, ut sapientior non possit esse audiendo. Imò quanto quis sapientior fuerit, tanto paratior ad audiendum, et tardior solet esse ad loquendum, Jac. 1. Sequitur: *et intelligens gubernacula*, Hebr., *consilia, possidebit*. Interpres Septuaginta secutus est, qui *ἐπινοήσας* vertentes, metaphoricè *gubernacula pro consiliis* posuisse videntur, quibus res agendas moderantur viri prudentes, ut clavo namque dirigit naucelus. *Intelligens sunt consilia*, vel *cogitationes* (inquit David Kimchi) *quas secum voluit homo ac versat, quo meliora eligat*; solent enim posteriores cogitationes esse meliores, juxta proverbium. *Intelligens sive cogitabundus possidebit*, sive acquirat sibi ex his proverbis cogitationes non quaslibet, sed versatiles et prudentes. In sensum non multum differt à priore clausula, nempe: *Sapiens cum audierit, sapientior erit, ut veritè interpres, vel, addet doctrinam*, ut nos; quam versionem defendimus etiam nostri interpretes auctoritate, qui, Deuteron. 32, eandem dictionem Hebraicam *למד* vertit, ut nos hoc in loco: *Concretae ut pluvia doctrina mea*. Cui Chaldaeus astipulator interpres *למד* ut est in Hebraeo, *דרינא scientiam* reddens. *Ab accipiendo* nomen habet; proprie *doctrinam vel legem*, quam à majoribus traditam accepimus, significat, vel *למד* vocatur *scientia*, inquit Ezra, *propter suavitatem quam capit aliquis ex scientia*; *למד* enim significat *discessere*. Potest sensus referri ad moderationem affectuum, et totius vite tenorem, ut in hujus mundi fluctibus, neque prosperitate nimium elatus, neque adversitate depressus clavum amittat. Potest denique ad eos referri qui *presunt in sollicitudine*, ut inquit Paulus, Rom. 12; qui veluti per mare hujus mundi trajicientes, aliosque secum transmittentes, per has parabolae edocti et intelligentiam assecuti, gubernacula possidere digni habebuntur.

« route, et pour arriver au lieu où il tend. Enfin, il est étonnant dans son application, et il ne se relève jamais de peur d'être semblable à ceux qui, ayant leur vaisseau chargé de richesse, et s'étant écarté d'une infinité de périls, se négligent lorsqu'ils approchent de la terre, et se perdent dans le port. » (Sacy.)

VERS. 6. — ANIMADVERTENT PARABOLAM ET INTERPRETATIONEM, VERBA SAPIENTUM ET ENIGMATA EORUM, HEBR., ad intelligendam parabolam, etc. Mihi placet ut retineatur latine sicut hebraice idem sermonis color et loquendi modus, ut facilius intelligamus sensum pendere à primo versiculo hinc usque, ad hunc modum: Non solum ad ea quae diximus utilis est parabolarum libellus, verum etiam ad intelligendam quamcumque parabolam et interpretationem; h. e.: Ex his intelligat sapiens quisvis, et alias scripturas parabolicas, et interpretationem earum. Sunt ex Hebraeis qui vocem interpretationem, non ad parabolam, sed ad proprietatem linguae et elegantiam referunt, quasi ex hoc libello optime discatur Hebraea lingua. Et **לשון parabola est**, inquit Aben Ezra, *ex qua verbum aliud egreditur, cum unum dicitur et aliud intelligitur. Aenigma* verò verbum occultum sive tectum, quod intelligi non potest nisi occultare. Interpretes ferè omnes *verba sapientum et aenigmata eorum*, ad verba prophetarum referunt, quae sunt aenigmatibus involuta, juxta illud Psal. 49: *Inclino in parabolam aurem meam, aperiam in cithara aenigma meum.* In Hebraeo *aenigma meum*, vox eadem quae hoc in loco legitur. Aliiter, *ad intelligendam parabolam*, ut ex precedente pendat versiculo: Ubi audierit sapiens nostras parabolas, tantum doctrinam adiecit, ut intelligat alias scripturas parabolicas eum interpretatione earum. *Verba sapientum cum aenigmatibus*, h. e., quantumvis obscura et difficilia. Porro quatuor illa quae in contextu ponuntur, nempe *parabola et interpretatio, verba sapientum et aenigmata*, reducimus ad duo, idque duplici ratione: vel ut intelligatur secunda clausula replicare primam, quod frequens est cum in hoc, tum in Psalmore libro), et erit sensus: Ad intelligendam parabolam et interpretationem, h. e., verba sapientum et aenigmata eorum; vel ut idem sit *parabola et aenigma, idem interpretatio et verba sapientum*, et sit sensus non multum diversus à priore, videlicet *ad intelligendam parabolam, h. e., aenigma parabolae, et interpretationem*, h. e., verba sapientum; vel denique ut per *parabolam et interpretationem* unum intelligas: nam *parabolam non animadverit* neque intelligit, qui eandem interpretari nequit; *verba sapientum animadverit*, h. e., intelligit aenigmata eorum. Si quis quatuor distincta malit intelligere, abundet quisque suo sensu; mihi verò secunda combinatio maxime placet.

VERS. 7. — TIMOR DOMINI PRINCIPIMUM SAPIENTIAE: SAPIENTIAM ATQUE DOCTRINAM STULTI DESPERCIUNT. HEBR.: Timor Domini principium scientiae; sapientiam et eruditionem stulti desperant. De duplici timore distinctionem nemo ferè ignorat, quorum altero, ut inquit Augustinus, *timetur ne judicetur in tormentum supplicii, sed hinc foras mittit charitas; altero, ne amittatur gratia beneficii*, juxta illud Pauli. Rom. 11: *Tu fide stas, non altum sapere, sed time.* Multiplex est hujus versiculi intelligentia: prima timere Deum, h. e., revereri et colere unum Deum, est principium et radix omnis scientiae; q. d.: Qui hoc ignorat, nihil novit. Omnis sapientiae, sive scientiae (ut est in Hebraeo) est ignarus.

Et juxta hunc sensum loquitur Abraham, Gen. 20: *Forsitan non est timor Dei in isto loco, h. e.: Non creduimus scire plura illos verisimile est; ideo dicit Salomon: Filii mi, quisquis es, audi patris tui disciplinam.* Observant Hebraei, non dixisse Salomonem: *Sequere vestigia patris*, sed, *audi disciplinam*; solent enim patres etiam mali rectè filios admonere, juxta illud Evangelii, Luc. 11: *Vos cum sitis mali, nobis bona data dare filijs vestris; quanto magis Pater vester caelestis!* Juxta simplicissimum sensum de seipso loquitur Sapiens, qui animo verè paterno omnes, maxime juvenes, instruere volens, inquit: *Audi, filii mi, disciplinam patris tui.* Per **אזן matrem**, **אזן populum**, et *contam* sive *congregationem* alicubi intelligunt Hebraei. Si Deum omnium patrem intelligamus (numquid non ipse est pater tuus qui possedit te, fecit et creavit te? Deut. 32, 6), erit sensus, juxta Paulum, Hebr. 12: *Patres quidem carnis eruditores habuimus, et verebantur eos; num multo magis obtemperabimus Patri spirituum, et vivemus?* De matre non dixit: *Audi disciplinam matris*, nam ex priori clausula subauditur, videlicet: *Audi disciplinam matris.* Et quod sequitur ad utrumque potest etiam referri: *Ne projicias legem*; potest verò, *ne evellas legem matris.* Solent enim matres magnà sollicitudine, veluti plantare monitiones et legem praescribere, quae si crescere permittantur, fructum allquando ferent. Quòd si *evellere* juxta Hebraeos vertatur, erit metaphora sumpta ab hortalanis, qui simul evellant et projiciunt malas herbas. Porro opportunè post timorem Domini, et cultum unius Dei obiter commendatum, in quo precepta primae tabulae possumus intelligere, ad paternum descendit honorem, patri filium obtemperare jubens, etiam castigationem et disciplinam imponenti; simul monens patrem sui officii, quasi ad paternam spectaret auctoritatem et prudentiam, filium corrigere. Matris est monere, et precepta salubria potius instillare quam corrigere, ut quae nimium tenerè filium ferè diligit. *Projicere legem matris* est, juxta sensum sublimiorem, Ecclesiae praeccepta contemnere, majoribus non obtemperare, quorum auctoritate mores subditorum moderatos esse oportet.

VERS. 8. — AUDI, FILII MI, DISCIPLINAM PATRIS TUI, ET NE DIMITTAS LEGEM MATRIS Tuae (1). Ut filii patres libenter auscultent, et correptionem, sive admonitionem libenter admittant, sequum est, primò, quòd liberos suos monendo et instituendo suo faveantur.

(1) *Auditio* comprehendit obsequium. Filium compellat eum qui hasce sententias legit, pro more et altarum gentium, quo magistri discipulos, patrum suum in eos affectum ostendentes, filios appellat. Ita Feriduddin-Aliar, Persa, in suo *Peud-Nameli*, i. e., Consiliorum libro, lectorem quavis ferè pagina, *filii* alloquitur, ut observat Umbreit. Vid. hunc illum à Silv. de Saey edit. (Paris 1819.) p. 10, 11, 16. *Et ne divitiis ex animo, negligens, suscipere desque habeas doctrinam matris tuae, Mater parallelismi cum patre servandi causâ pro magistro ponitur.* (Rosenmüller.)

munere; deinde quòd nemo eos majore prosequatur amore quàm parentes. Porro cum sint majores natu, nobis scire plura illos verisimile est; ideo dicit Salomon: *Filii mi, quisquis es, audi patris tui disciplinam.* Observant Hebraei, non dixisse Salomonem: *Sequere vestigia patris*, sed, *audi disciplinam*; solent enim patres etiam mali rectè filios admonere, juxta illud Evangelii, Luc. 11: *Vos cum sitis mali, nobis bona data dare filijs vestris; quanto magis Pater vester caelestis!* Juxta simplicissimum sensum de seipso loquitur Sapiens, qui animo verè paterno omnes, maxime juvenes, instruere volens, inquit: *Audi, filii mi, disciplinam patris tui.* Per **אזן matrem**, **אזן populum**, et *contam* sive *congregationem* alicubi intelligunt Hebraei. Si Deum omnium patrem intelligamus (numquid non ipse est pater tuus qui possedit te, fecit et creavit te? Deut. 32, 6), erit sensus, juxta Paulum, Hebr. 12: *Patres quidem carnis eruditores habuimus, et verebantur eos; num multo magis obtemperabimus Patri spirituum, et vivemus?* De matre non dixit: *Audi disciplinam matris*, nam ex priori clausula subauditur, videlicet: *Audi disciplinam matris.* Et quod sequitur ad utrumque potest etiam referri: *Ne projicias legem*; potest verò, *ne evellas legem matris.* Solent enim matres magnà sollicitudine, veluti plantare monitiones et legem praescribere, quae si crescere permittantur, fructum allquando ferent. Quòd si *evellere* juxta Hebraeos vertatur, erit metaphora sumpta ab hortalanis, qui simul evellant et projiciunt malas herbas. Porro opportunè post timorem Domini, et cultum unius Dei obiter commendatum, in quo precepta primae tabulae possumus intelligere, ad paternum descendit honorem, patri filium obtemperare jubens, etiam castigationem et disciplinam imponenti; simul monens patrem sui officii, quasi ad paternam spectaret auctoritatem et prudentiam, filium corrigere. Matris est monere, et precepta salubria potius instillare quam corrigere, ut quae nimium tenerè filium ferè diligit. *Projicere legem matris* est, juxta sensum sublimiorem, Ecclesiae praeccepta contemnere, majoribus non obtemperare, quorum auctoritate mores subditorum moderatos esse oportet.

VERS. 9. — UT ADDATUR GRATIA CAPITII TUI, ET TORQUES COLLO TUI. Hebr.: *Quia additio vel conjunctio gratiae sunt capiti tuo, et torques gutturi tuo. Hoc est primum mandatum in promissione*, inquit Paulus, Ephes. 6, *nimirum: Honora patrem tuum et matrem tuam, ut sis longevus super terram.* Ceterum Salomon primum quod debet juvenibus qui parentibus libenter obtemperant, his rebus confert quibus illa aetas maxime solet oblectari; nempe splendido ornatu, coronis et diademati, auro et gemmis splendidibus, torquibus denique qui pendunt ex humeris nobilium, quibus rebus oculis vulgi plurimum commendari solent. Et sensus erit versiculi (ut in Hebraeo habetur): *Erunt, supple disciplina patris et lex matris, tanquam collectio vel cumulus gratiae, et additio charismatum capiti tuo, et tanquam torques collo; q. d.: Gratiosus omnibus videberis, sic ornatus favore et*

gratiâ, ut omnes te libenter aspiciant, omnes complectantur et excolerent, et maxime te faciant; ut qui patris disciplinâ et lege matris juvenis morigeris et studiosis evaseris. Verbum Hebraeum **אזן** duo significat, nempe *addere* sive *copulare*, et *fanerari*, sive *dare ad ferens*. Priorem interpretationem sequuntur interpretes, nempe *ut addatur, sive copuletur*. In Hebraeo *additio gratiae*, vel, *additio earum rerum quae gratiam et favorem conciliant capiti, et quasi torques collo*, h. e.: Undique, ex omni parte, quòcumque te vertas, si disciplinam patris audiveris, et legem matris retinueris, omnibus virtutum ornamentis decorus et conspicuus eris. Denique, juxta sensum historicum, per *gratiam* vel *favorem* et *idemem*, quam omnes tibi tribuant juveni, possumus intelligere vel honores insignes, quos facile in reprobis bene institutis assequuntur juvenes qui à pueritia patris disciplinam, et matris legem amplectuntur. Alioqui *capitis gratia* sive *diadema, et torques colli*, qui dependit in pectus, regum sunt ornamenta, et victoriam promittunt. Nam qui statim à teneris annis hujusmodi virtutibus fuerint praediti, de mundo, de carne et de diabolo victoriam facile reportant. Juxta Hebraeos, qui *additionem gratiae* legunt, omnium virtutum cumulus intelligitur, ut dictum est.

VERS. 10, 11, 12. — FILII MI, SI TE LACTAVERINT PECCATORES (1), NE ACQUIESCAS EIS, VEL SI TE IPECIPIERE VELINT, NE CONSENTIAS. Si dixerint: *Veni nobiscum, insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem frustra, deglutiamus eum sicut infernus viventem, et integrum quasi descendentem in lacum.* Hebr.: *Filii mi, si alliciant te peccatores, noli. Si dixerint: Veni nobiscum, insidiabimur sanguini innocens gratia. Deglutiamus eum sicut infernus vitos et integros, sicut descendentes in puteum.* Inter patris admonitiones primum est, ut filios à malorum declinet colloquiis et societate. Nam *sensus et cogitatio hominis prona est ad malum à nativitate sua*, Genes. 6; praesertim si improbus persuasor ad naturae fragilitatem accedat. Porro juvenilis aetas, malis consiliis admodum est obnoxia, à quibus sumum filium deterrere studens Salomon, exemplum proponit de latronum et sicarii, qui publicas obsident vias, qui praedantur, et stragulant homines innocentes. De hujusmodi, inquam, potissimum proponit exemplum, quòd maxime solent alios allicere ad similia facinora, quòd facilius efficiant quod moluntur. Solent praeterea hujus farinae homines certis quibusdam uti persuasionibus, quibus imperit juvenes facilius pellicuntur ad malum. Primum pollicentur fore secretum quòd agunt, nam pudore et verecundiâ cohibentur juvenes à flagitiis. *Insidiabimur sanguini, abscondemus nos contra innocentem gratia*; sic Hebr.; nam *tendiculas* adjecto interprete, nihil enim huic voci respondet in Hebraeo. Sunt ex Hebraeis qui putant voces illas contra innocentem gratia, sive *frustra*, non esse ex verba latronum, sed Scripturam adijcere

(1) Id est, pellexerint. Propositis querendae sapientiae causis, nunc amovet obstacula; ostendit autem ab avaritiâ, quae malorum omnium radix, teste Paulo, 1 Tim. 6, 10. (Rossuet.)

per parentheses; q. d. : Ista absconditio que fit contra innocentem, frustra fiet; res ad lucem aliquando veniet, et de vobis ob offusum sanguinem innocentis supplicium sumetur; vel sunt verba latronum, *contra innocentem gratis*, contra eos qui nobis non nocuerunt. Deinde à facilitate persuadent, nam difficultas multos deterret à vitiiis. *Deglutiemus eos sicut infernum, viros et integros, ut qui descendunt in lacum.* Vox Hebræa *לַמַּוְתָּא* ambigua est, significans *sepulcrum* et *infernum*. Similitudo quibusdam melius quadrare videtur, si legamus *sepulcrum*. Nobis satis aridet versio vulgaris, eò quòd in contextu legamus: *Et devorabimus eos sicut infernum viros*; videtur alludere ad historiam, ubi legitur aliquos viros cum rebus omnibus fuisse receptos in abyssum. Eritque unus sensus primæ clausule et secundæ hujus versiculi: nam per *viros et integros*, eosdem intelligimus; per *infernum* quoque *sive sepulcrum et lacum*, idem i. e., non minore negotio deglutiemus eos, etiamsi multi fuerint innocentes, quam si in fossam inspirantes aliquis detrudat. Noluit mutilare nequam, aut vulnerare, ne prodantur; sed totum hominem è medio subito tollere, et veluti subito tunc sepulcro claudere, et in abyssum submergere, ut nullum hujus facinoris supersit vestigium, h. e., magna facilitate et nullo nostro periculo. Denique ex lucro solent peccatores lactare juvenes, ut sequitur.

VERS. 13. — OMNEM PRETIOSAM SUBSTANTIAM REPERIEMUS; IMPLEBIMUS DOMOS NOSTRAS SPOLIIS. Prædam capiemus opulentam, ædes implebimus et ornabimus spoliis. Te moveat saltem præda magnitudo, eùm juvenis sis, et multis indigeas rebus. inquit peccatores, qui imperitos juvenes ad barathrum malorum secum trahere moluntur; quamvis ipsi sint veluti duces, et in illis rebus jam assueti, ut suo jure possint vindicare sibi primas partes in prædâ, tamen omnem æqualitatem pollicentur, usque adeò ut in communem vellet conferre loculum, et ut sorte ac æquissimo jure fiat partitio, juxta ea que sequuntur.

VERS. 14. — SORTEM MITTE NOBISCUM (1), MARSUPIUM SIT ENIM OMNEM NOSTRUM. Hebr. : *Sortem tuam projici s, inter nos, loculus tuus erit omnibus nobis, quasi dicerent: Si volueris statim partem tuam capere ex prædâ, æquâ sorte tuâ portio tibi cedit, ut liber abeas cum ingente pecuniâ. Quòd si unâ nobiscum manere volueris, in commune conferemus omnia, ut summa sit æqualitas; et marsupium commune omnium nostrum. Sed juvat hanc malorum hominum orationem et persuasionem ad malum repentes, pendere propius, juxta contextum Hebræum: Fili, si persudant tibi peccatores ut societatem feras cum illis, ne consentias, quamvis magna promittant, et dicant: Veni nobiscum, insidiabimur, vel, insidiemur, sanguini, h. e., per insidias effundamus sanguinem, vel insidietur sanguini humano; abscondemus.*

(1) Velut ad partendam prædam. *Marsupium tuum sit*; alia qualem sortiamur; communicemus verò pecuniam. Spemque amicitie ac fidei dicunt: communia enim amicorum omnia.

(Bossuet.)

supple *nosmetipsos*, h. e., secretò agemus, *contra innocentem gratis*; quasi dicerent: Ponemus insidias non solum inimicis nostris, sed etiam innocentibus, qui nobis nullâ re nocuerunt. Aliter: *Abscondemus nosmetipsos ad innocentium, gratis, vel sine causâ*; utrumque enim vox Hebræa significat, h. e., câ ratione faciemus omnia, ut innocentes habeamur, ut nemo possit nos accusare. Quod ad facilitatem negotii spectat, *absorbemus eos viros*, sicut sepulcrum absorbet cadavera integra; que à feris devorantur, paulatim consumuntur; sed sepulcrum vel fossa unico morsu corpus totum devorat. Facilitatem operis nefarii hæc similitudine expressit: *Absorbemus eos integros, sicut qui descendunt in fossam*; h. e., absque negotio erimus viribus superiores, et primo statim impetu superabimus. *Omnen substantiam pretiosam*, omnimodas opes, non solum ad necessitatem victus nostri, sed etiam *ædes implebimus spoliis*. Hebræorum commentarii referunt hoc quod dicit, *viros et integros deglutiemus eos*, ad opes et vires q. d. dicit: Quamvis validi et potentes fuerint, superabimus eos, et utramque opes accipiemus. Loos hic ad Christi tempora referatur, cujus sanguini innocentissimi insidias posterunt peccatores, vivum et integrum cum doctrinâ et nominis famâ deglutire festinaverunt; sed de sensu mystico, quem et nos obiter attingemus, Bedæ doctissimus habemus commentarios; nos historiam potissimum prosequimur, idque juxta veritatem Hebræam.

VERS. 15, 16. — FILII MI, NON AMBULES CUM TIS, PROHIBE PEDEM TUUM A SEMITIS EORUM. PEDES ENIM EORUM AD MALUM CURRUNT, ET FESTINANT UT EFFUNDANT SANGUINEM. Hebr. : *Filii mi, non ambulabis in viâ cum illis. Prohibe pedem tuum à semitis eorum. Nam pedes eorum ad malum current, et festinabunt ad effundendum sanguinem. Noli ambulare in viâ cum illis, h. e., noli habere commercium cum illis; et quamvis societatem frequenter jungamus cum ignotis hominibus in itinere, tamen cum hujusmodi tantam abs-tin-jungas amicitiam, ut ne per viam quidem publicam velis cum illis incidere; vel potius metaphorice dixit: *Ne ambulabis in viâ, pro, ne sequaris eorum vivendi rationem, juxta id quod sequitur: Sed prohibe pedem tuum à semitâ eorum*; ne discas opera et studia eorum. Nam via in Scripturis mores et consuetudines significat. Gminat *viam et semitam*, ad majorem energiam; vel, juxta Hebræos, neque publicè neque secretò cum illis quidquam negotii tractes. *Nam pedes eorum ad malum currunt.* Longè alius erit exitus rei quàm primâ fronte præ se ferunt hi qui te lactare volunt; ingenium pollicentur prædam, sed in omne nefas ruunt et festinant; h. e., celeritè currunt, et incidunt in homicidium, quod ex atrocitatis solet sequi. *Ad malum current, et damnum inferendum innocentibus.* Vel *ad malum quod sibi inferunt ipsis*, juxta Hebræos, quasi dicit: Festinant dare occasionem ut sanguis ipsorum propriis effundatur; et juxta hunc sensum bene quadrabit similitudo sequens, de rete quod suspenditur ad capiendas aves.*

VERS. 17, 18, 19. — FRUSTRA AUTEM FACITUR RETE

ANTE OCULOS PENATORUM (1). Hebr. : *Frustra vel gratis spargitur rete in oculis omnis pennati*. Ipsi quoque

(1) Nam *frustra sparsum* est illud rete quod in oculis, in conspectu omnis alitis sparsum est, quomodo Durellius rectè utrumque versòs hemistichium jungere docet: *בְּרֵשֶׁת, sparsum, de reti h. l. dicitur, quod super humum projicitur, et hinc sparsum disjectumque dicitur*, quomodo modum Latini *rete jacere* dicunt. Hantius (*Observations ou Proverbes* p. 55) vertit: *dum penna conspargitur rete scilicet gratis, quod Arabicum verbum, respondens verbo Hebræo, teste Schindlero in Lexico pentagl. de sparsione præsertim granorum usurpat. Verum scite monuit Schaurer in Dissertat., p. 100, quamquam certissimum sit illud arabicum cum nostro verbo conferri rectissime, nihil tamen facere illud posse ad probandum novam illam ab Hantio propositam versionem. Nam spargendi quidem notionem habet et verbum arabicum, *conspergendi* verò nequaquam. Alii, ut Datus, *בְּרֵשֶׁת, expansum* interpretantur, collato arabico, quod tamen, ut jam Muntinge animadvertit, non denotat sepe loci alicujus superficiem quid extendere. sed: *Apud veteres descendit, ut implendo fit retina.* Atque et ipse Muntingio *expansum* vertit, sed ex Syriaco epus rudit à Castello notatur: *extensus, pavidalatus est.* Sed quum haud consistet, Hebræis verbum *רֵשֶׁת* expandendi significatu in usu fuisse; malumus existimare, *rete sparsum* disjectumque poetice hic dici pro reti expanso, quoniam significationem verbo tribuere solem, que justis argumentis demonstrari nequeat. *Possessor illa est volucris, phrasî Hebræis satis receptâ, ut 2 Reg. 1, 8, possessor pili est pilosus, et Dan. 8, 6, possessor carumum, i. e., cornutus vocatur aries.* Similiter Lucretius, l. 2, 867, volentem dicit *pennipotentem.* Jam expensis hujus dicti singulis verbis, videndum quod spectet et quisnam illis sit sensus; in quo explicando totæ sunt sententiæ quot interpretum capita. Sententiarum diversitas ortum ducit è voce *רֵשֶׁת, frustra.* Prii a ligitur se tentia est eorum qui sic ex omni. Immeritò et absque causâ expanditur rete ad capiendas innoxias aves, ita absque merito, iniquè innocens hominibus latrones tendunt insidias. Ita Levi Ben Gerson, Munsterus, alii, qui hanc verum conjungunt cum eo qui proximè antecedit, quo quum latrones ad effundendum sanguinem properare dicantur, nunc subjiciuntur, cujus ille sit sanguis? videlicet indiscriminatim *penatorum* quicumque modo facultatum plenis sint instructi: his absque culpa et merito illos tendere insidias. Quæ sententia tamen post-versum 11 ostensa et sup-vaçnea apparet. Vix dubium, *רֵשֶׁת* h. l. *frustra* valere; nec tamen qui sic capiunt, in consistendo sensu et consilio hujus similitudinis inter se consentiant. Sunt enim, qui aucupium *retia* avibus incassum expansa, i. e., sceleratorum insidias piis frustra paratis spectari existiment, ex illo Ovidii Remed. amor. 516, dicto, quod et in proverbium abiit:*

Que nimis apparent retia vitæ avis.

Ita C. B. Michaelis: « Sensus est, frustra aucupes esse, cum retia palam et spectantibus avibus volentibus revolvuntque, nec eos quidquam facile capturos. » Quod tamen universi sermonis nexi tantum abest ut conveniat, ut eundem potius haud parùm turbet et impediat. A Schindlero sensum censet esse hunc: Nulla alia tam stupida, quo se in rete ante oculos eorum induat; at perditissimi hi peccatores suis manibus, sub suis ipsorum oculis, eas strunt tendentes, quibus in certissimam pestem, necemque semet ipsis involvant. Quod secutus Schaurerius locum hoc modo exponit: « Quum ne aves quidem sint tam stupide ut in rete irruant, quod esse palam ipsis et que spectantibus possum, scito nevos illos homines, dum alii insidiantur, in præsertissimo sensu ipsorum vite discrimine versari; quod si itaque, et monitus de certitudine periculi, irretiri se passus

CONTRA SANGUINEM SUUM INSIDIANTUR (1), ET MOLUNTUR FRAUDES CONTRA ANIMAS SEAS. (Hebr. : *Et ipsi sanguini eorum insidiabuntur, abscondentur contra animas eorum*). SIC SEMITÆ OMNIS AVIARI, ANIMAS POSSIDENTIUM CAPIENT. Hebr. : *Sic semitæ omnis avari cupientis lucrum, vel laborantis avaritiâ, animam dominorum illius capient.* Juxta sententiam Hebræorum, duobus prioribus versiculis similitudo proponitur, et in tertio similitudinem ad suum accommodat institutum. Hebræi similitudinem diversis explicant modis: primò, ut vox Hebræa *רֵשֶׁת* vertatur non *frustra*, ut interpres vertit, sed *ultrò et gratuito*, et referatur *רֵשֶׁת gratis*, adeo qui aucupantur, non ad aves, et ut supplicentur aliquot verba, ad hunc modum: *Ultrò spargitur, gram supple, aut esca, circa rete, vel propè rete, in oculis penatorum, quod faciunt aucupes ut aves capiant, et nihilominus insidiantur sanguini eorum, et abscondunt sese contra animas avium, quibus granum gratis sparsentur.* Sic, subadii latrones et sicarii, qui erga te tantam præ se ferunt benevolentiam, quasi velint sine negotio et sine periculo te locupletem facere, cogita non nimis illos insidias ponere anime tue, quam aucupes avibus esca dispersa blandiri videntur. Imò cupisquæque arari, sine prædionis anime, ipsa avaritia et desiderium inexplebile ponit insidias et capi animam illius, qui deficiis est lucro, cum rapinâ et homicidio. Aben-Ezra, vertens locum, ut D. Hieronymus nempe, *frustra factur, vel extenditur rete*, ad stoliditatem et aviditatem avium refert, non ad eos qui extendunt, ut sit sensus: *Ante oculos penatorum frustra extenditur rete, quod ad aves spectat, cum ille non animadvertat rete extensum, sed prædâ illecte capiuntur, et non vident quòd illi, scilicet aucupes, insidiantur animabus illorum; q. d. : Escam vi-*

deinde futeris, sanè oportet te aviculâ esse multò stupidiorem. » Quam interpretationem et Unbricht adsevit. A quâ in rei summa haud differt istio: « Rete tibi tenditur; sed jam admonitus de dato periculo volucres imitare, que cum viderunt rete sibi et te ad aucupium sepe frustra et avolant. » Verum quum et versus qui proximè precedit, et hi qui sequuntur, versantur in describenda hominum sceleratorum agendi ratione, quâ in suum ruunt exitium, eodem et hic versus collineabit. Quod quum intelligerent Jarchi et Aben Ezra, illam *rete* in hunc modum exposuere: *Latrones illi incauti nimis et præcipites in suum exitium ruunt avium more, que ubi escam advertunt juxta rete, tantum in illam cupiditate feruntur, ut rete coram ipsis expansum et exitiosum non animadvertant nec curent, ita avibus frustra est rete expansum, quod eas à descendendo ad granâ devoranda deterrere debuit. Sic improbi et peritii homines ita quæstus desiderio flagrant, ut rete tensum non animadvertant, id est, malum quod impendit ex scelere, vel à iudice et magistratu, si capiatur, si certè à Deo. Quâ ex interpretatione hæc similitudo non tantum continet validum dehortationis argumentum, verum et apte cum his que præcedunt et sequuntur coheret. Græcus Alexandrinus versum ita reddidit: *Non enim injustè extenditur retia pennatis, volucibus; et Sententia, inquit, Jaegerus, diluta et jejuna.* »*

(1) Dum alios capere moluntur, ipsi se in laqueo inducunt: evocato Psalmistâ: *Incidit in fossam quem fecit, Psal. 7, 16; et iterum: Qui diligit iniquitatem, odit animam suam, Psal. 10, 6.*

(Bossuet.)

dent, et rete non vident. Sic multi flagitiosi prædam respiciunt: *Omnem substantiam pretiosam capiunt, inquit, sed non vident pericula, non vident rem esse capitalem, et morte plectendam, et dum alieno insidiantur sanguini, ipsi penas morte funt.* Juxta sensum tertii versiculi: Sic est via omnis avari, sive rapitoris, ipsa avaritia tandem ad necem ducit animam rapientis. Tertiam explicationem habemus à Levi Ben Gersoni, qui veritatem verbum *כז, frustra et sine causa, et refert ad innocentem in avium; q. d. dicat: Aviculæ nihil tale meruerunt, neminem læserunt, et proinde, ut sine causa extendere solent aucupes rete ad capiendas aves; sic isti peccatores insidiantur sanguini alieno, et occulte agunt ut interficiant innocentes qui nihil tale meruerunt; ut ad exaggerationem et amplificationem referatur, et ut magis deterreat suum filium à consortio eorum; quasi diceret: Sanguinem humanum effundere gravissimum crimen est, verum innocentium sanguinem sine causa effundere est immane flagitium. Et juxta hanc intelligentiam similitudinis, sequitur sensus tertii versiculi: Sic est via predatoris, ut non sit contentus lucro, nisi animam accipiat possessoris. Ad hunc modum ferè Hebræi hos tres versiculos explicant, ut in duobus primis proponatur simile, et in tertio intelligamus per *aucupes*, qui extendunt rete, latronum insidias contra innocentes, quorum præda non sunt contenti, nisi sanguinem quoque et vitam capiant; vel ut sanguinem proprium effundant, et animam perdant. Nostri interpretes longè aliter hunc locum explicant, nempe ut metaphoricè intelligat Salomon loqui potius quàm similitudinem proponere, quasi his verbis: *Frustra jacitur rete ante oculos pennatorum*, revocaret suum filium ab amore rerum terrenarum, et à rapinâ. *Frustra jacitur rete*; quasi diceret: Aves que vident rete suspensum non capiuntur, sed videntes periculum cavent; sic juvenes qui rebus cælestibus sese oblectant, qui mente et cogitatione sursum volant, ab istis malis hominibus decipi non possunt, sed statim intelligunt pericula, et quàm horrendum sit sanguini innocentium insidiari. Id quod nemo potest facere, nisi periculo vite sue et salutis. Mihi optimè placet expositio Hebræorum. Secunda, quæ est Aben-Ezra, cui subscribit auctor Commentariorum Hebræorum, inquit: *Afferit similitudinem, quæ docet quâ ratione isti peccatores sunt sibi ipsis causa malorum; et tertius versiculus claudens similitudinem, recipiendum habet sensum: Omnis avarus qui alienas rapit opes, animam propriam capit, h. e., ad mortem deducit seipsum, ut non sensum habeat, juxta illum locum: Cape animam meam, 5 Regum. Nos tertium denique versiculum, quo totum hunc locum claudit, in genere dictum intelligimus contra avaritiam, quæ, ut inquit Paulus, *mergit homines in interitum et perditionem*, 1 Tim. 6. Est enim radix omnium malorum, et auferit animas eorum qui eam possident, aut potius ab avaritia possidentur.**

VERS. 20. — SAPIENTIA FORIS PREDICAT (1), IN PL-

(1) Aliud argumentum conquiende sapientie, ipsa

TEIS DAT VOCEM SUAM. Hebr. *Sapientia foris clamabant, in plateis dabit vocem suam.* Pessimorum hominum audivimus consilia, quæ quantumvis pulchra et blanda videantur in principio, tamen imperios ad extremam pertrahunt miseriam; quos ad longè diversa consilia flectere conatur Salomon. Cæterum quò plus pouders habeat illius moniti, Sapientiam ipsam loquentem introducit, et in confusionem humane stultitiæ et ignorantie, quæ tot erroribus sese implicat, ostendit sapientiam omnibus esse obviam; non latere in tenebris, neque in desertis aut longinquis locis, quasi ad eam non pateret aditus: imò palam prædicare cum magnâ voce, omnibus locis, præsertim publicis, in plateis, in vicis, in ipsis foribus et portis civitatis, in foro ubi concursus fit hominum, ne quis sine stultitiæ pretextat difficultatem assequendi sapientiam. Possimus intelligere per *vicos et plateas*, ignobile vulgus hominum, per *portas civitatis*, judices et magistratus, per *medium urbis*, divites et potentes, qui civitatis optima quæque loca incolunt; quasi diceret sapientiam esse communem omnibus ordinibus hominum, qui clamantem et confectionandam volunt audire Sapientiam. *Omnibus debitor sum* (inquit Paulus), *sapientibus et insipientibus.* Sed quid tandem intelligimus per istam sapientiam, tam obviam et familiarem? Hebr. libenter intelligunt legem Moysi, cujus intelligentiam et memoriam voluit esse vulgarem et publicam, scribi in foribus ædium, in fimbriis vestimentorum. *Meditaberis*, inquit, *sedens in domo tuâ, et ambulans in itinere, dormiens atque consurgens, et diligas ea quæsi signum in manu tuâ; eruntque et morabuntur ante oculos tuos, scribesque ea in limine domus tue*, Deut. 6. Nos potius *Christum Dei sapientiam* intelligimus, qui factus est nobis *sapientia et justificatio*, juxta Paulum; qui palam locutus est mundo, et in occulto locutus est nihil, sed suis jussit, *quæ audirent in aure, prædicare super lecta; quorum sonus in omnem terram eivit; hæc est igitur sapientia evangelica, quæ in apostolicis viris multiplicata, et in diversis ecclesiis enuntiata. Juxta Hebræum in plurali sapientia vocantur. Sic enim hunc legunt versiculum Hebræi: Sapientia foris vociferabitur, in plateis dabit vocem suam; in futuro, ut per formam ipsam loquendi magis ad Christum referatur locus quemadmodum et præcedentia; Christi Dei sapientia insidiati sunt, et necem ejus machinati sunt Scribe et Pharisei, et innocentissimum fuderunt sanguinem; quamvis hæc tam concinnè Christo coaptentur, ut vel historicus sensus videri possit, quem nos inprimis assequi conamur, tamen potest locus aliter, juxta sensum historicum, exponi; nempe multiplicem sapientiam quæ foris vociferatur, aut hanc quam in hoc opere complexus est Sapiens, et divulgandam curavit; aut sapientias intelligimus, quibus seniores et prudentiores viri passim pollent, et qui non desinant monere imperitos, et castigare imprudentes: aliqui exemplo vite, aliqui sanâ doctrinâ, alii denique possidentur et castigatione; qui etiam antiquitatis in-*

facilitas, quod obvia omnibus ac patens ultrò occurrat querentibus. (Bossuet.)

portis civitatum, et locis publicis, ad corripiendos malorum mores, omnibus sese offerre solent. Denique si videatur, per sapientiam, quæ tantâ curâ clamitat, et dat vocem suam, naturalem cognitionem et legem scriptam in cordibus hominum intelligimus; quam ex creaturâ mundi et orbis fabricâ haurire licet, dicente Paulo: *Invisibilia ipsius à creaturâ mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur; sempiterna quoque ejus virtus et divinitas.* Aben Ezra vult esse parabolam, neque necessum esse ut intelligamus clamantes sapientias; sed non minus obtemperandum suis verbis docet Salomon, quàm si Sapientiam clamantem audiret filius. Mihi placet, ut sapientias varias intelligamus hoc in loco, juxta interpretationem Sapientia, quam secundo versiculo hujus capituli posuimus: nempe ut per sapientiam, fidem et cognitionem usus Dei intelligamus, quæ cognitio ubique clamât, in vicis et plateis, h. e., inter ignobiles, in portis, h. e., inter magistratus. In medio civitatum, inter nobiles, clamât, inquam, cum Salomone: Prohibe pedem tuum à consortio et commercio pessimorum hominum, quorum pedes festinant ad effundendum sanguinem. Sapientia igitur variæ, et unaquæque ex predictis sapientis foris in vico clamitat, ut jam nemo ignorantiam præterere possit.

VERS. 21. — IN CAPITE TURBARUM (1) CLAMITAT, IN FORIBUS PORTARUM (2) URBS PROFERT VERBA SUA, DICENS. Hebr.: *In capite tumulantium clamabit, in ostiis portarum in urbe verba sua loquetur.* Ex hoc versiculo et præcedente intelligimus quàm sit sollicita æterna illa Sapientia de salute nostrâ, quæ modis omnibus conatur revocare nos à vanitatibus hujus mundi, à caducis rebus ad permanens. Omnibus in locis clamât sapientia, sive illa que sacræ codicibus auditur, sive illa quæ cordibus nostris loquitur; quæ non cessat pulsare conscientias eorum qui spretâ verâ et solidâ felicitate, sectantur vanam hujus vite gaudia. In capite turbarum, vel in loco præcipuo et eminentiore, ut est in Hebræo, ubi strepitus, sive tumultus, h. e., ubi turba populi, ut rectè vertit interpres; in portis solet esse concursus populi, intrantium et exeuntium. Christus cum publicanis et peccatoribus versatus in urbe, verba sua prædicavit, non, ut Joannes, in deserto solùm. Quamvis, juxta allegoriam, de predicatione sive prophetatarum, sive Apostolorum et episcoporum, rectè intelligatur locus indicans excusatione carere eos qui sapientia non consultant.

VERS. 22. — USQUEQUO, PARVULI, DILIGITIS INFANTIAM, ET STULTI EA QUÆ SUNT NOXIA CUPIUNT, ET IMPUDENTES OMBUNT SCIENTIAM? Hebr.: *Quosque, imperiti, imperitiam diligitis, et derisores derisionem desiderabunt eib, et stulti odia habebunt scientiam?* Non sine causâ stultitiam hominum miratur Sapientia, secundum illud Psal. 4: *Fili hominum, ut quid diligitis vanitatem, et queritis mendacium?* Mirabitur quoque quisquis secum perpendit hominum studia, quisquis ob oculos ponit

(1) In trivis, in locis frequentissimis. (Bossuet.)
(2) Ar. Æm; alii murorum, et ita Septuaginta, quòd in portis fuerit consensus publicus. (Bossuet.)

occupationes illas quibus majorem partem, ne dicam universam ætatem, consumunt plurimi, qui rebus caducis et hujus temporis concupis commodis ut incommodis, meliorum singula. Qui hæc, inquam, secum diligenter perpendit, libentius Sapientie monitionibus aurem accommodabit, quæ aliquot versiculis sequentibus continetur, in quibus est observandus ordo que mox aperiemus. *Usquequò, parvuli, diligitis infantiam? vel simplices simplicitatem?* ut alii vertunt, sed melius, *ignari ignorantiam?* quasi dicat: Jam deceptione et errore, in quo hæctenus versati estis, deposito, amplectamini astutiam, de qua superius dictum est: *Usquequò stulti ea quæ sunt noxia cupiunt?* Hebr.: *Et derisores deridete concupiscitis sibi, vel inter se deridete, et sanam doctrinam contemnerite;* pessimi verò omniunt sunt qui tantâ stultitiâ laborant, tam probe absunt à sapientia, ut scientiam odii prosequantur. Triplex est ordo eorum qui sapientia carent, quorum primi mundum et ea quæ in mundo sunt diligunt; secundi evangelicam doctrinam et ecclesiasticam derident, quod heretici solent; tertii etiam odio habent et prosequuntur, quod infidelium est et Judæorum; quorum parim ignorantiam et stoliditatem, partim levitatem et insaniam, aliorum denique malitiam et odium admirans Sapientia, ad respiciendam et sanam mentem revocare omni benignitate laborat. Neinde segnitiam et tarditatem miratur humanam, quæ eminetur tam pio præceptorum obtemperare, acriter denum objurgat, pernicem minatur et interitum. In quo tantùm aberit ut consolationem inveniant, aut ad misericordiam flectant Sapientiam, ut etiam ipsa irridet et subsannet subsannatores, si quando serâ ducantur penitentiam, ut sequitur.

VERS. 23, 24. — CONVERTIMINI AD CORREPTIONEM MEAM; EN PROFERAM VOBIS SPIRITUM MEUM, ET OSTENDAM VOBIS VERBA MEA; QUIA VOCATI ET RENUSISTIS (1), EXTENDI MANUM MEAM, ET NON FUIT QUI ASPICERET. *En proferam vobis spiritum meum.* In Hebræo metaphora tracta est à fontibus vivis qui perpetuò fluunt, et verti potest *fluere, vel scaturire, faciam vobis spiritum meum; q. d.* Non impertiet vobis partem sapientie meæ, nolite contemnerite doctrinam meam, quàm copiosissinè vobis effundam, juxta illud Moysi, Deut. 32: *Fluxit ros eloquium meum;* et in Evangelio, Joan. 7: *Fluxina de ventre ejus fluent aquæ viæ,* ut totus locus, non solùm ad Sapientiam Salomonis, et hujus libri mensuram referatur, sed potissimum ad doctrinam evangelicam, in qua divina Sapientia non cessat clamare, ad dens minas et increpationes: *Nisi penitentiam egeritis, omnes simul peribitis*, Luc. 13. Increpationis principium est: *Clamavi et remisisti, extendi manum meam, h. e., adjvi ad conversionem. Patens manus, promissio et collatio gratiarum intelligitur; vel extensio manus, paternam correctionem et emendationem significat. Denique proreccio manus indicat studium do-*

(1) Locus à comminatione. In interitu vestro ridebo homo, qui non pavit Deum adjutorem suum. Psal. 51. Deo quoque irridente et increpante: *Ecco Adam, quasi unus ex nobis.* Gen. 3, 22. (Bossuet.)

845 cendi, et tamen nemo attendit, neque curat. *Proferre spiritum vel effundere*, est mentem deprimere; et *ostendere verba*, est doctrinam exponere ut locum habeat: *Si non venissem, et locutus esis fuisset, peccatum non haberet; nunc autem excusationem non habent*, Joan. 15, non adhibentes fidem, sed quod in illis fuit, irritam fecerant illius doctrinam, et sapientiam spreverunt, juxta id quod sequitur.

VERS. 25. — *DESPEXISTIS OMNE CONSILIUM MEUM, ET INCREPATIONES MEAS NEGLEXISTIS. Despexistis*, Hebr. *לְבַטֵּחַ*, quod verbum Exod. 5 reddidit interpres noster, *solicitare ab operibus, otiosum reddere et inutilem*; q. d.: Per vos effectum est ut consilium meum sit irritum, neque ad effectum perveniat. Hanc justam Sapientiam querelam utinam in solos Judæos rejicere liceret, qui, quod Evangelica testatur historia, et Paulus, Act. ult., semper Spiritui sancto resisterunt, et non etiam in Christianos aliquot, qui post tot miracula, tot jurorum et martyrum exempla, tot correptiones et castigaciones, nolunt sapientiam audire evangelicam. Aliquot omnino incorrigibiles esse significat, et nec promissionibus nec minis posse ad sapientiam pertrahi.

VERS. 26. — *EGO QUOCUMQUE IN INTERITU VESTRO RIDEBO, ET SUBSANNABO CUM VOBIS ID QUOD TIMEBAMUS ADVENERIT. Hebr. : Etiam ego in calamitate, sive fractura, vestra ridebo, subsannabo cum venerit terror vester. Non quod Sapientia divina subsannet vel rideat aliquem, sed talis et finis malorum ut judicio æquissimo videantur irridendi et subsannandi qui salutem propriam contempserunt. Vel deridere et subsannare sapientie est subsannandos alius tradere. Et ea tandem extrema est miseria, cum non sit neque qui doceat vices miserorum, neque qui succurrat infelicibus. Quod si fuerint qui gaudent de calamitate nostrâ et subsannent, malum erit omnino intolerabile. Subsannare Dei est stultitiam malorum palam ostendere omnibus, conatusque eorum irritos reddere, comprehendere astutos in astutiâ suâ, ejusmodi videmus Indæ Judæos, quamvis ipsi non videant. Sensus proverbii est, fletum et stridorem dentium manere eos qui in tempore penitentiae penitentiam noluerunt agere. Porrò quantus futurus sit timor eorum qui Sapientiam non obtinuerunt, similibus quibusdam exprimit et metaphoricis, comparans penas et supplicia malorum vastitati hostili et desolationi civitatis, ubi omnia incendio et rapinis traduntur, ubi crudelitatem hostium nemo effugit.*

VERS. 27. — *CUM IRRUERIT REPENTINA CALAMITAS, ET INTERITES QUASI TEMPESTAS INGRUERIT, QUANDO VENERIT SUPER VOS TRIBULATIO ET ANGSTIA. Hebr. : Cum venerit quasi desolatio metus vester, et calamitas vestra velut turbo venerit, cum venerit super vos afflictio et angustia. Explicat in hoc versiculo quantum sit futurus ille timor, de quo superius locutus est. Erit velut desolatio que repente et præter expectationem solet irruere, ut inquit Paulus, 2 Thes. 5 : *Cum dixerint, pax et securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus. Si simplicem sequamur sensum, proverbium indicat ad summam miseriam redigi, si non rerum externarum, at certe ad angustias animi, quotquot**

844 sapientiam spernunt; horrenda et inexpectata supplicia manere eos qui sapientiam non complectuntur Evangelicam. Alioqui hæc aptissime quadrant in Judaice gentis ruinam, exilii et servitutis angustias, que teste non solum eorum conscientia, sed universo orbe super eos venerant, quod Christum Dei sapientiam noluerint audire. A quibus liberari et eripi quotidie clamant, sed frustra; imò sunt juxta præsentem locum ludibrio, suntque risui omnibus, in quibus vera sapientia viget: tantum abest ut quisquam eorum delectat vices, aut miseris succurrere laboret.

VERS. 28, 29, 30. — *TUNC INVOCABUNT ME, ET NON EXAUDIAM, MANE CONSERGENT ET NON INVENIENT ME, EO QUOD EXOSAM HABUERUNT DISCIPLINAM, ET Timorem DOMINI NON SUSCEPERUNT; NEC ACQUIVERUNT CONSILIO MEO, ET DETRAHERUNT UNIVERSE CORREPTIONI MEÆ. Hebr. : Tunc vocabunt me, et non respondebo, nimè querent me, et non invenient me, eò quod oderunt scientiam, et timorem Domini non elegerunt; noluerunt consilium meum, spreverunt omnem increpationem meam. Tunc invocabunt, vel vocabunt me. Sunt verba Sapientie, que vocat ad penitentiam; objurgando, minando invitât ad sanam mentem; porrò transacto penitendi tempore, non amplius dignatur eos alloqui, sed mutat personam quâ futurum sit prædicat; futurum, inquam, ut illi element. Nam hactenus ego clamavi, inquit Sapientia, et nolistis audire; posthæc illi clamabunt, et ego non exaudiam, vel non respondebo. In Hebr. *querent* aut *investigabunt*, potius quam *manè surgent*; sed in defensionem interpretis nostri asserunt Hebræi hoc verbum *manè querere* significare; h. e., cum studio et sollicitudine, q. d.: Ante omnia tunc querent me, qui nunc consilium meum contemnunt. Ista non solum damnatis animabus post mortem quadrant, que aliquando serâ ducentur penitentia, ut scribitur Sap. 5, intra se penitentiam agentes, et præ angustia spiritus gementes; neque solum traditis in sensum reprobum in hac vitâ, qui locum penitentiae non invenient, etiamsi cum lacrymis querant, ut Esaï Hebr. 12, sed omnibus quotquot juvenili ætate bonas et honestas artes spernunt, majores natu et gravati senio seipsos accusabunt, et serâ penitentiam doctrinam querent, eò quod exosam habuerunt scientiam. Hujusmodi est sermonis contextus: In angustiis constitui vocabunt me, ut operi illis feram, et ego non respondebo, non juvabo, ut pœna respondeat culpæ; nam odio habuerunt scientiam quâ Deus cognoscitur, scientiam prophetarum et legis, que est ut *cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum*, Joan. 17. Hæc notitia potissimum nascitur ex timore Dei; hinc addit: *Et timorem Domini non susceperunt, non elegerunt timorem Domini, quod est principium sapientie; ut superius dictum est. Non acquirerunt consilio meo. Hebr. : Noluerunt consilium meum, vel potius: Noluerunt audire consilium meum, quod fuit hujusmodi: Convertimini ad correptionem meam. Sequitur: Detraherunt universæ correptioni meæ, vel, spreverunt omnem correptionem meam, quod ferè solent imperiâ et ignari, qui sapientie sunt expertes, qui hujus vitæ**

845 commodis et amenitate sese oblectant; hi, inquam, solent floccifacere divini sermonis et celestis philosophie correptionem, et subinde meritas penas luunt, juxta id quod sequitur.

VERS. 51. — *CONEDIT IGITUR FRUCTUS VIE SÆ, SEUSQUE CONSILII SATURABUNTUR. Metaphorica locutio accepta ab agricolis, et quadrat in eos qui sibi sunt ipsis causa malorum et auctores. Neque est sensus alienus ab illo Pauli ad Cor. elogio: *Quæ seminât homo, hæc et metet*, 2 Cor. 9. Adjectis duabus vocibus, nempe *viâ et consiliis*, apparuit sensum esse de moribus et cibo animæ, h. e., de his rebus quibus sumum appetitum pascunt homines, dum sua studia et consilia sequuntur; quibus aliquando saturabuntur, et ad fastidium et nauseam usque perveniunt. Est enim omnium rerum mundanarum saturitas, quantumvis amœna videantur in principio; quemadmodum scribitur: *Extrema gaudii occupat luctus. Comedere denique de fructu vitæ suæ est dignum factis mercedem recipere; consiliis suis saturari, penas dare pro peccatis, que cum consilio et animo destinato perpetraverunt; vel, perniciosis consiliis quibus aliis machinabantur malum, sibi ipsis conciliant interitum.**

VERS. 52. — *AVERSIO PARVULORUM INTERFICIET EOS (1), ET PROSPERITAS STULTORUM PERDET EOS. Aversio, vox Hebræa שָׂוִיָּה, pro quiete capi potest, et erit ideam sensus primæ et secundæ clausulæ hujus versiculi, ad hunc modum: *Pax et requies parvulorum perdet eos, dum abutuntur prosperitate, mala committunt plurima, quibus interficientur; adversâ fortunâ, et hujus vitæ molestiis, sapere coguntur plurimi; nam exaltatio intellectum, Isa. 28, et huic sensui respondet secundâ clausula: *Et prosperitas stultorum perdet eos. Quòd si, juxta Aben Ezra, pronomem eos non referatur.***

(1) Peribunt, quòd juvenorum alique imperitorum exemplo, à sapientie consilio auditum averterint. *Et prosperitas stultorum perdet illos, tranquillitas, impunitas. Ita enim putant bene sibi omnia per nequitiam eventura.* (Bossuet.)

CAPUT II.

1. Fili mi, si susceperis sermones meos, et mandata mea absconderis penes te,
2. Ut audeat sapientiam auris tua; et inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam.
3. Si enim sapientiam invocaveris, et inclinaveris cor tuum prudentiæ:
4. Si quesieris eam quasi pecuniam, et sicut thesauros effoderis illam:
5. Tunc intelliges timorem Domini, et scientiam Dei invenies.
6. Quia Dominus dat sapientiam; et ex ore ejus prudentia sentientia.
7. Custodiet rectorum salutem, et proteget gradientes simpliciter;
8. Servans semitas justitiæ, et vias sanctorum custodiens.
9. Tunc intelliges justitiam, et judicium, et requiritatem, et omnem sentiam bonam.

CHAPITRE II.

1. Mon fils, si vous recevez mes paroles, et si vous tenez mes préceptes cachés dans le fond de votre cœur;
2. En sorte que votre oreille se rende attentive à la sagesse; abaissez votre cœur pour connaître la prudence.
3. Car si vous invoquez la sagesse, et que vous songiez votre cœur à la produire;
4. Si vous la recherchez comme l'argent, et que vous creusiez bien avant pour la trouver, comme des trésors;
5. Alors vous comprendrez la crainte du Seigneur; et vous trouverez la science de Dieu.
6. Car c'est le Seigneur qui donne la sagesse; et c'est de sa bouche que sortent la prudence et la science.
7. Il réserve le salut pour ceux qui ont le cœur droit; et il protégera ceux qui marchent dans la simplicité;
8. En observant les sentiers de la justice, et en gardant la voie des saints.
9. C'est alors que vous connaîtrez la justice, le jugement et l'équité, et tous les sentiers qui sont bons,